facilius obtineri potuit a prefatis Gubernatore et Senatu existimantibus ex hujusmodi concessione Jura tertii non tollere, nec illi prejuditium afferre, et tamen verum est quod id non modo non est utile, sed plusquam supplicantibus perniciosum, prout loco, et tempore demonstrabitur; Neque obstat quod visitatio locorum, ex quibus asserit aquas eduxisse fuerit facta presentibus Fisco, et Commiss.° Blonz per Ingenierios, quia respondetur id debuisse fieri, vocatis Utentibus Fluminis, de quorum interesse tractatur, et per Ingenierios confidentes, et non suspectos, ita quod negotium careret suspitione collusionis forte factæ cum ipso Commiss.° et Ingenieriis, a quibus Ill. D. Montius facile decepi potuit. Neque obstat quod tanto, ut ait, tempore elapso Utentes non comparaverint, et jura sua deduxerint; Quia respondetur quod citati legitime non fuerant, et quod D. Mirabilia, et Cristophorus della Turre, qui fuerant citati suo et nomine prefatorum Utentium specialiter, et in genere comparuerunt, et contradixerunt petentes; neque obstat quod publicum factum fuerit proclama in Civitate Mediolani, quo Utentes fuerunt moniti ad opponendum justificandum, et tamen nihil ex adverso factum fuerit, quia respondetur quod assertum proclama cum quadam cautela fuit factum tempore, et Loco incognitis, quia non in Civitate, sed in Oppidis d.ti Fluminis

ſieri debuerat, prout in aliis causis d.ti Illum.i sem per fieri consuevit, quod cum factum non sit, ne que hujusmodi proclama ad notitiam Utentium pervenerit, nisi a certis diebus citra, propterea ex hoc jura Utentium non tolluntur, quin denuo possint Jura sua deducere, et de novo opponere, et justificare, maxime etiam quia ab initio talis con cessionis petite Utentes vocari debuerant, prout su pra dictum est, quo casu auditis Utentium rationi bus, et ordinibus Illum.ii adversanti repulsa fuisset data, neque obstat quod satis sit talem conces sionem emanatam fuisse a Principe, quia il la conditionalis est videlicet, si id utile sit, et taci censetur haberi in se annexam clausulam, scilicet si sine prejuditio tertii id fiet; quinimmo responde tur quod simile Privilegium nemini unquam fuit concessum, nec ab Imperatoribus, nec a Ducibus Mediolani, minusque ab aliquibus Gubernatoribus, et plusquam ad rem facit quod si Ill.mus quond. Gubernator Gonzaga, tam potens, et magnus Prin ceps destiterit ab allato proposito, quia id sine maximo Utentium prejuditio id fieri non poterat prout probabitur si opportuerit, tanto magis de beat desistere iste Adversans qui si aliquod dam num sentit, id sibi imputet, qui ausus sit manum in messem alienam inferre, et in prejuditium tot Nobilium Utentium, et contra Ordines provin tiam novam injustam, et inusitatam aggredi, et ea afferre, et promittere, que nullo modo ma nuteneri possunt, quia plusquam notorium est

quod non modo Fontes, et Scatebræ e Rivis totum Flumen Olonæ ita extenuabuntur, ut a Loco Canegrati infra, aqua ad usum Molendinorum omnino defficiat, quare Molendinarii coguntur ad Ticinum per decem milliaria distantem Bladas frangendas conducere, neque obstat quod Adversans = quæritatur scilicet si tale augumentum aquarum fieri debebat per Commissarium ad commune beneficium Utentium, id factum non fuerit, quia hujusmodi interrogatio fieri debet ipsi Commissario, cui hoc onus ex ordine statutorum spectat, ad illud vero quod Adversans nititur demonstrare, scilicet ex Aquis, ut asserit in Flumen introductis tertiam partem utilitati publicæ relinquere velit; Primo respondetur quod stante decrescentia Aquarum tempore siccitatis et æstus procul dubio dici non potest quod aliqua certa quantitas Aquarum introduci, et manuteneri possit; Secundo respondetur quod probabitur, tam ex inspectione loci, quam etiam per vicinos Incolas consuevisse aquas in eorum Locorum partium defluere, seu emanare in Flumen Olonæ, nec ad alia Loca potuisse fluere, quam in dictum Flumen, quia etiam quod aquæ præd.tæ a Pratis, seu Paludibus absorberi videventur, tamen iterum in locis imis, et declivibus iterum scaturiebant et ipsum in Flumen decurrebant, sed maxime supplicantes conqueruntur quod multæ fraudes, et collusiones subrint, quia in relatione primæ visitationis factæ per Ingenieros, videntur descripta nonnulla

loca, et Paludes, quæ non videntur in secunda visitatione fuisse descripta, ex quo dici potest quod quædam loca fuerint visitata, ex quibus velatum sit nullas aquas deffluere in Flumen Olonæ, et postea in aliis Locis fuerint excavata asserta cava, ex quibus forte prius aqua in dictum Flumen deffluebat, et quod maxime advertendum est, ut dictæ fraudes, et collusiones detegantur; Quare ne Lonatus conquæratur si cum alios decipere voluerit, se ipsum deceperit sub falso prætextu quod bonum opus ad publicam utilitatem paraverit, cum tamen id solum ad sui commodum cum aliena Jactura fecerit, prout demonstrabitur et idea ex præmissis rationibus M. V. quod justum, et honestum est judicet, prop(ter)ea Fid. M. V. Servi Utentes Flum. Olonæ humiliter M. V. ——

Supplicant ut digne(tu)r non attenta concessione inaudita parte, facta per eos petita concedere dignetur, prout sperabatur &c. ——

Serenissime Rex = Quamquam M. V. ex deductis in supplicatione nomine prætensorum Utentium Aquis Olonæ contra Fid. ejusdem Servum Dominicum Lonatum dignoscere potuerit finem, ad quem ipsi tendunt, scilicet quod postquam Supplicans cum tanto ejus vitæ, et facultatum dispendio aquas, de quibus agitur introduxerit, ea dispendia Supp.tis cedunt ad utilitatem ipsorum Utentium figmenta quæ ponunt, vel in facto existant vera, vel ne, insinuando ut interim Aquis ipsis gaudeant clarius tamen elici non potest, quam

quod perfectio introductionis facta fuit, licet
aperte, et notorie id factum fuerit, ut dictum est,
itaut nequis Utentium dissimulare illud possit
verbum aliquod factum non fuit, sed sperat Sup=
plicans M. V. omnino his dillatoriis exceptioni=
bus occurrere; Dicitur nunc ex adverso, M.
Scilicet Simonettam, Reverend.mum Libellum, et
denique omnes Utentes conqueri, et tamen si
hæc querela omnium foret mandatum ab
omnibus factum fuisse, et adhuc exhibitum
pro hac parte notum fuit, sed quicquid sit ad
rumbum veniendo licet adversariis visum
fuit cantilenam esse narrationem solemni=
tatum, tamen in concedendo Diplomate ta=
men pro illius exequtione, non ita tamen visum
fuit et Ill.mo L. T. et Excell.mo Senatui, et
Illustrissimo ipsi Montio, qui eas servari curarunt,
non etiam ita fuit Suplicanti, qui labores, et
tot expensas proinde fecit, sed de his Locutionibus,
quæ adversarii non faciunt, non curat Suplicans, li=
cet debilis non tamen in Jure suo, et solemnitate
quæ ex adverso dicitur principalis quod citarentur
Utentes, vel ejus Preces inthimarentur non expe=
diens, nec necessaria ipsa fuit Ill.mo Principi
cui legem dare non debemus, nec ea fuit quam
M. Montius cui negotium hoc exequendo de=
mandatum fuit, servari voluit eo magis cum
Flumen Principis sit a quo jus quod pretendunt
Utentes in Utendis Aquis provenit, et qui potuit
nedum contenta in Diplomate Sup., sed potuit demo

alias quaslibet concessiones Aquarum ipsius Fluminis ad libitum cuilibet concedere, et hoc indubium refricari non potest, sicque aliquo modo citandi non fuerunt, sed in omnem casum, ut dictum est, licet de hoc facto scientes essent etiam citati ex abundanti ipsi litentes fuerunt, et nihil quod releveret ad dictum, et cum huic respondere non possint allegant quod Cride debuissent fieri in vicis Fluvio vicinis, et quis hanc formulam dedit, sat est quod nedum semel reiterata fuerunt Cride ipse ad formam Litterarum Senatus, cujus, et non adversariorum normam sequi tenebatur supplicans, sed amplius sibi ipsis contrarii sunt, dum dicunt jam per aliquos ex litentibus oppositum fuisse tantum in genere, quod tamen verum non est, cum et in specie contradixerint, et tamen M. Montius, iis non attentis, suam declarationem fecisset, et quae jam emanata perhemptoria ultimo loco notata erat, et pro firma habita, et si adhuc audiendi essent adversarii, tot nova figmenta opponerent ut finis non daretur, et id M. V. colligit dum allegant collusionem cum Communitate, suppositionem Ingenieriorum, et tamen ullam rationem non allegant, prout allegare non possunt, quia Ingenierii non a supplicante nominati fuerunt, sed ex se M. Montius eos elegit, ut Acta loquuntur, et reo M. D. optime fuit, sed quod, pejus est, dicunt M. Montium deceptum facile fuisse, hoc poterat omitti, eo etiam attento quod visitatio primo ad ejus praesentiam facta fuit,

et sic respondetur etiam quod in fine d.^æ replica-
tionis, dicitur quod fraudes, et collusiones subsint
cum in ea prima visitatione desumpta sint non=
nulla Loca, quæ in secunda non reperiuntur,
quia si recte videantur loca, et quibus aquæ a
Supp.^te aversæ fuerunt eamet comprehenduntur in
prima visitatione, sed non ab omnibus locis, quæ
visitare fecit aquas voluit excipere ob ingen-
tes impensas quas fecit in introducendis iis de
quibus agitur, sed hæc quæ per tot manus, et Ill.
Montii Commissarii Fisci, Campariorum, Inge-
nieriorumque quo Ill. Montius adhibuit non
ita collusionis, et fraudis sentiunt, prout ex ad-
verso dicitur, et optineri potuissent, Nec verum
est quod Diploma Supp.^tis conditionale sit, si id sci-
licet utile sit, immo aperte dicitur id utile esse, et
satis aperte demonstratum fuit in responsione
Supp.^tis, sed quod exclamant de siccitate, obviè transe-
unt causam, dissimulantes vero ea de terit sicci-
tate scilicet Flum.^is non provenire ex defficientia
aquarum, sed ex immodulatis Buccis, cui objec-
to voluerunt Adversantes sibi ipsis consii, nec
potuerunt respondere, sed iis nedum veris, sed
neque etiam paleatis assumptis utilitatem
tantam vellent Adversantes pro se non con-
tenti quod Princeps voluerit qd tertia influ-
cio relinquatur, quod autem Privilegium si=
mile cuiquam hucusque concessum non fue-
rit, hoc poterat etiam omitti, quia ut dictum
est neque reperietur qd aliquis ubi etiam

ingenio suo, vel alieno aquas emipere speravet qui impensam facere recusavit, quique oblationem fecerit, prout fecit Suplicans velinquendo tertiam partem Aquarum influvio, et quid ad rem Princeps hucusque non concessit, ergo non potest, seu non debet concedere, dicant queso; unum aut aucte aut non sunt aque, si aucte non nenisi Utenter ipsi obrutuntur, possunt plura predia quam antea irrigari ab Utentibus, aut non aucte, et tunc, et M. Montio, et tot aliis, qui visitationibus interfuerunt fides non datur, sed hec sub palio non sunt, sed aperta sunt ut videri ab omnibus possunt; quod autem dicitur Supp.^tes in messem alienam manum apposuisse dictum fuit hoc verum non esse, stante privilegio, sed quando interrogat Supp.^s cur Commiss.^i id non fecit, respondent hanc Commiss.^o interrogationem fiendam esse, sed hec interrogatio optime adversarios dirigitur, quia Commiss.^m quidem si scivisset, potuisset, sed unde pecunie hoc opus hic labor, quia dum opus, impensa, et labor necessaria erant nullus fuit, qui contradixit opere autem perfecto quod hucusque cessit, cedique in Adueniis iis intempestis ad beneficium Utentium, quia aquis introductis a Suplicante gaudent cum maximo ejus Supp.^tis damno omnes conqueruntur de collusione de fraude per manus in messem alienam positum sit. Hec Serenissime Rex, tendunt, ut dictum est et interea dum disputatur fructus alieni laboris, et impense percipiant, ultimo dicitur velle probare q.d alias aquas ab his Locis in

fluvium profluebant, hocieltra quod verum esse nunquam potent, quia multa ex his locis neque vestigium aliquod penitus unquam demonstrabunt, ut ex visitationibus ipsis ad praesentiam etiam Ill. Montis factis, tamen dicere posset supplicans rat est qd non decurrebant aliquae aquae ab ipsis locis, et sic haec somnia vigilantium sunt, quare cum satis, superque appareat supp.te fructum diplomate, sub quo deceptum non debet remanere opus tam bonum perfecisse, licet ab adversariis id non laudetur, quia vellent omnes hos fructus percipere id qd apparet ut supra dictum fuit cum dum fecerint necessarias impensas sudores et labores, quis non comparuit nisi nunc ad mensam paratam postquam per Ill. Montium omnia ut mos ejus est, degustavit et dignovit, ut supp. jam tandem partem fructuum sudoris percipiat supplex

Rogat M. V. adversariis repulsam dare et permittere quod Ill. Montius ad liquidationem netatas et pro bono habitam tandem deveniat, et ita speretur

Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Indictione secunda producta die Lunae vigesimo sexto Mensis Aplis supporti, hora vigesima vel circa ff. preg.ti Nob. Do. Jo. dominicum Loncatum cum reservatione, et facta est requisitio quod exequantur et pro earum executione petens qd sal tandem preg.ti Ill. Montius Praefectus, et Delegatus

ad liquidationem, et ordinationem deveniat, quæ jam pro bona habita, et notata fuerat circa quantitatem aquarum per eum introductarum in allato fluvio Blonæ ad formam Diplomatis ei concessi per Ill.us L. T. Suæ Majestatis in Statu Mlni, et a Senatu Excell.mo approbati, et quantitatis quam extrahere debet, et potest ex ipso fluvio allegatarum aquarum ad formam d.ti Diplomatis, de qua quantitate apparet ex relationibus Ingenieri in Actis præsentatis factis etiam ad præsentiam tum Fisci, tum Commissarii d.ti Flum.is, et aliorum, et tandem ad expeditionem velit devenire, prout petitur per præfatum Lonatum non obstantibus exceptionibus, et figmentis dictorum Utentium, super quibus tamquam vanis, dixit Senatum Excell.mum partes acti debere Juribus suis, ut ex eis Litteris apparet, condemnando etiam præfatos Utentes in omnibus expensis, damnis, et interesse attento quod sub eorum cavillis, et a Senatu Excell.mo resecatis præfatus Lonatus biennio remansit privatus, et seu suspensus in extractione allegatarum suarum Aquarum, de quibus protestatur &c. alter &c. salvo &c.

Præsentibus Magnificis D. Christophoro Junio, Carolo Mirabilia, Bernardo Mombello, Gaspare Cosmo, Utentibus Aquis Flum.is Blonæ et nomine etiam aliorum Consortium, cum reservatione &c. Dicentibus dictas Litteras Senatus suæ materiis precibus expeditas, admonere præfatum Ill.mum Do: Montium Delleg.um, ut diligenter advigilat, ne aliqua fraus per d.tum Lonatum adversus committatur in introductione Aquarum de quibus agitur, et propterea debere omnino providere quod de novo fiat visitatio per Peritum Postium confidentem circa